

aus freiem ... Willen, mit Vögtlichen beystenden Ammann M e i n r a d und Weibel [des Amtes Boswil] U l r i c h denen hillpranden auch Fürsprech Hans M ä d e r, allen von Bosswil ... versprochen, für sich und ihre Erben mit wirklich hiemit beschehenter verhaftung ihres haab und guths, bürg Zahler und nachwehr Zu sein, Wird auf ihr ... begehren bescheint ... von des Gottshaus Mury Cantzley"

Johann Kaspar G u o m a n n, Kanzler  
[der Abtei Muri]

- 1) vgl. AH 43/35
- 2) Platz für den Namen ausgespart.
- 3) s. AH 43/22

Original - AH 43, 25

## 11

1700 August 28.

A

ABRECHNUNG ZWISCHEN [BEAT KASPAR] ZURLAUBEN UND AMMANN ANDREAS  
VOCK VON ANGLIKON

"Herr Ritter Lanttammann [Beat Kaspar] Zurlauben übergibt dem Amman Andres Vockh von Anglickhen an dem Lächenmüller [auf der Wälismühle zu Bremgarten] Jacob h i l t p r a n d t zue boswyll einzueziehen uber abzug was er gelifferet an Kernen 37 Mütt  
Hingägen hat er ... Amman Vockh in namen des ... Lächenmüllers von herrn Lanttaman an barem gelt empfangen ... 200 Gl.  
Von obgemelten 37 Mütt kernen verspricht er Amman Vockh 34 Mütt ieden mütt à 6 Münzgulden dem H. Rittren Lanttammann bis auff nechst kommenden Martini Anno 1700 an barem gueten silbersorten unklagbar Zuebezallen  
Suma 204 Gl.  
Ubriges an dem Lächenmüller einzueziehen  
Cantzleyverwalter [Landschreiber-Statthalter der Freien Aemter, Beat Josef Leonz] M e y e n b e r g attestor ut Supra"

Original - AH 43, 28-29 - Blatt 29<sup>r</sup> leer

## 12

1713 Juni 30./Juli 1., Nuntiatur in Luzern

A

MEMORIALE DER NUNTIATUR [BEI DEN KATH. ORTEN] UEBER DEN GEISTLICHEN GIUSEPPE MARIA STAMPA

"Comparet hoc ultimo die Junij anni presentis in sacra Nonciatura Lucernense

R.D. Josephus Maria Stampa pridem susceptus in Abbatiam Sancti Andreae de Villa nova secus Avenionem [Kloster Saint-André in Villeneuve-lès-Avignon] dolenter exponens Illustrissimum et Reverendissimum Dominum Episcopum Comensem [Giuseppe Olgiati] Domino Canonico [?] Canevalli per literas sub dato 14 Junij Currentis Anni significasse qualiter ex alto loco requisitus sit, ut certam examinandi formulam a supradicto Domino Josepho Maria Stampa confectam, ut talem agnosci faciat ab eodem compertoque, quod ab eius manu exharata sit, mox illum comprehendat Carceri mancipandum cum contra Sacros Canones egerit. Hac de Causa ... Dominus Stampa per octos dies continuos in Collegio Sancti Antonij Lugani [Collegio di San Antonio in Lugano] loco consueto suae habitationis maximo cum praeiudicio suae famae in Arresto detinebatur. Unde insitit apud Altefactum ... Episcopum ut adhoperire placeat cuius Mandato, aut instigatione inductus fuerit ad hoc praecipendum non prius indagando utrum contra sacros Canones, vel in quantum deliquerit; pro ut in praesentiarum de novo instat, et incessanter instabit tum coram suo tribunali tum etiam apud Sanctam Sedem, ad quam provocat debita submissione paratus praesentare suas aequissimas rationes.

Insuper exponens de novo conqueritur ex inopinato sibi transmissum, esse Lugano mandatum quoddam ad instantiam Domini Advocati fiscalis eiusdem Curiae Episcopalis Comensis Ad valvas Ecclesiae Sancti Antonii Lugani sub 22 Mensis Junij anni currentis affixum, in quo insimulatur Religionem Sancti Augustini deposito Ordinis habitu temere deseruisse et in alio breviori sub denominatione Abbatis non sine scandalo hinc inde vagari ad quod respondet et hoc veritati maxime repugnare cum indultum Pontificium exhibere queat quibuscunque quorum interest demonstrandum in cuius aliam laxiorem regulam amplecti ipsi concessum est pro ut iuxta sua authentica in alium Ordinem susceptus 27 Junij 1713 habitum recepit a Reverendissimo Domino Abbate Pastoris et Nobilibus Domesticis Illustrissimi Domini Comitis de Masin [Masini?] Pedemontani Mediolani in praesentia et interventu Reverendissimi Domini Josephi Beneggio Protonotarij Apostolici et notarii Archiepiscopatus Mediolanensis in ipsamet ecclesia sita ad forum aut plateam sic dictam Gallinarum [in Mailand?], qua occasione ad populum discursum fecit praetactus Dominus Abas Pastoris sumendo pro themate [:] Si persecuti vos fuerint in una Civitate fugite in aliam. habitum priorem Augustinianum ubi eo exutus fuerat praesentavit Illustrissimae ... Principesse Triultiae, ex quo tempore his putat omnia ex acte [?] adimpletae quae a prefato Reverendissimo suo abbate professore eiusdem suae Religionis sibi imposita fuerunt, in cuius manibus quoque post

annum professionem emittere ex mandato superiorum suorum cogitabat nisi impeditus fuisset [?] ex eo quod eodem anno [1706?] mense septembris Serenissimus Princeps Sabactiae [der Herzog von Savoyen, V i k t o r A m a d e u s II.] cum duobus coronis [Frankreich, Spanien] rumpendo bellum moverit Unde Dominus Comes de Masin ut cum eo praefatus Dominus Abbas Pastoris in patriam suam reversi sunt, nec huc usque omnem suspicionis notam declinandam causam ullam cum eo communicationem habuit. Sperat autem facultatem sibi benigniter concedendam fore quantocius in quodam alio loco a superioribus ipsis assignando proff.<sup>e</sup> [?] emitendi. Immerito igitur nomina Apostatae Vagabundi aliosque titulos in Mandato Illustrissimi Domini Episcopi Comensis expressos sibi attribui ratus, habitum novae suae Religionis quo die 27 Junij 1713 in confluxu copiosae nobilitatis donatus est per plures annos Mediolani ante omnium oculos absque ulla reclamazione querella aut improbatione superiorum nec ipsiusmet Eminentissimi Archiepiscopi Felicis Memoriae [Giuseppe A r c h i n t o, Erzbischof v. Mailand], ac huc usque semper gestavit unde minus capere potest quod ad instantiam Domini Fiscalis consanguinei sui quem haec [?] latere non posunt tale modo praeceptum emanet a Mense Augusti 1707 usque ad 21 septembris 1710 in Monasterio R.D.P.P. Augustinianorum [Augustinerkloster San Giovanni] Belinconae exinde usque ad 22 Junij 1713 apud P.P. Somascos [Collegio di San Antonio] Lugani optimis moribus ac bono omnium exemplo vixisse irreputabilia testimonia adsunt. Quare de tam praecipitoso agendi modo se multum gravatum sentiens summe instat, ut omnes imposteriorum hac in Causa actus suspendatur, donec innocentiam suam probaverit. ...

Die prima Mensis Julij In cancellaria a huius Sacre Nunciaturae Comparuit Adm. Rev. Dominus Abbas Josephus Maria Stampa bene michi notus, et suis proprijs Manibus exhibuit suprascriptam Scripturam, qua de verbo ad verbum visa a Reverendissimo Domino Auditore per eundem fuit dictus Dominus Stampa Monitus et Cercioratus per exhibitionem praedictae scripturae non eximi seu liberari a Comparendo seu obtemperando Mandatis Praedicti Illustrissimi ... Episcopi Comensis eo Magis quia cum iam dicta citatio per edictum facta ad ipsius notitiam pervenerit et si apprehensus non secus ac si personaliter fuisset citatus adeoque posit ipse ... Dominus Episcopus procedere contra ipsum iuxta dispositionem Sacri Concilij Tridentini Cap. 4 et 19. Sess. 25 de Regularibus et Cap. periculosa ne clerici vel Monaci et extravagantes Viam ambitiose de Regularibus et Transeuntibus. Et consimilem Copiam tam praedictae Scripturae, quam praedictae monitionis in manibus eiusdem Domini Stampa fuit relicta coram Domino Luca Alberto F o s s a t o de Murcote [Morcote] Josepho V a l l a

habitatore Lucernae cogitata. De quibus omnibus ego infrascriptus publicus Apostolica etc. Notarius rogatus fui. Actum in Cancellaria Sacrae Nuntiaturae ...

*Jta est Ego Joannes Baptista Castoreus, S. Nunciaturae Lucernensis cancellarius."*

Kopie - AH 43, 30-31 - Blatt 31<sup>v</sup> leer

## 13

1713 Juni 22.

A

AUFFORDERUNG<sup>1</sup> DES BISCHOFS VON COMO, GIUSEPPE OLGIIATI, AN DEN PRIESTER GIUSEPPE MARIA STAMPA, IN SEIN ANGESTAMMTES KLOSTER ZURUECKZUKEHREN.

*"Nos Josephus Olgiatus utriusque Sig.<sup>re</sup> Reff.<sup>s</sup> SS<sup>mi</sup> D.N.B.P. Clementis XI. relatus Domesticus et Pontificio Solio assistens Dei et Apostolice Sedis gratia Sepus [Episcopus?] Comi, et Comes.*

*Cum nuper pro pte. domini Advocati Fiscalis Curiae nostrae nobis expositum fuerit etiam per Modum Not[um?] quod Reverendus Joseph [Maria] Stampa de Gravedona ex Ordine Heremit. Sancti Augustini in quo professione emiserat demisso habitu de Religiosis [?] pluribus adhinc annis tanquam Sacerdos secularis in habitu breviori super devotatione Abbatis stampae extra Claustra vagatus, nunc in Oppido Lugani huius Comensis diecesis Commemoratus Conn. ad nos spectet ex dispositione Sacri Concilii Tridentini in huiusmodi proprij instituti desertores serio animadvertere omnigeno conatu ad pristinam observantiam eos reducere et compellere ideo tenore praesentium, sic inst.<sup>e</sup> domino Advocato Fiscali.*

*Praecipimus et Mandamus Domino Reverendo Josepho Stampa quatenus termino [?] horarum 24 post praesentiam intimationem sibi vere vel horis fictive [?] factam, quarum horarum 24 8 pro primo 8 pro secundo et reliquos pro tertio ultimo, et peremptorio ... [?]<sup>2</sup> eidem assignamus sub penis a Sacris Canonibus [?] et Apostolicis Constitutionibus inflictis Carceris Formalis alijsque etc. debeat a dominio [?] oppidi Lugani et ab hac diecesi Comense discesisse et ad sua Claustra [Kloster Saint-André in Villeneuve-lès-Avignon?] redijsse reasumpto habitu sub ... [?]<sup>3</sup> paruisse. Certificamus eundem quod si in dicto termino mandatis nostris non obtemperaverit contra eundem tanquam Apostatam a sua Religione ad praescriptum SS. Concilii Tridentini Sacrarum Constitu-*